

## 0308-0309- SS Marcellus I - Decreta ad universos episcopos per Antiocenam Constitutos

O93, f. 29va; N442, f. 63vb; V630, f. 66ra; I83, f. 138va; VD38, f. 132ra

INCIPIUNT DECRETA MARCELLI PAPAE.

Dilectissimis fratribus universis episcopis per Antiocenam[1] [2] constitutis Marcellus.

Sollicitudinem[3] omnium ecclesiarum iuxta apostolum circumferentes divinae circa nos gratiae memores esse debemus, qui[4] nos per dignationis suaे misericordiam ob[5] hoc[6] ad fastigium[7] sacerdotale provexit[8], ut mandatis ipsius inhaerentes in quadam[9] sacerdotum <V630, f. 66rb> eius[10] specula[11] constituti[12] prohibeamus illicita et sequenda[13] doceamus. Unde directis per Bonifacium diaconum nostrum litteris admonemus, ut, quae male[14] pullulant[15], abscidantur et mala[16] facta corrigantr atque[17] bona sectentur et patrum nostrorum[18] exempla et statuta imitentur.

Rogamus[19] ergo vos, fratres, ut non aliud doceatis neque sentiatis quam, quod a beato Petro apostolo et a[20] reliquis apostolis et patribus accepistis. <N442, f. 64ra> Ab illo enim primo instructi[21] estis, ideo non oportet vos[22] proprium derelinquere patrem et alteros <VD38, f. 132rb> sequi. Ipse enim ca<I83, f. 138vb>put est totius ecclesiae, cui ait dominus: Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et reliqua. Eius enim sedes primitus apud vos fuit, quae postea[23] iubente domino Romam translata[24] est, cui[25] adminiculante[26] gratia[27] divina hodierna praesidemus[28] die. Nec ab eius dispositione[29] vos deviare oportet[30], ad quam cuncta maiora ecclesiastica negotia divina disponente gratia[31] iussa sunt referenda, ut ab ea regulariter disponantur, a qua sumpsere principia.

Si vestra vero Antiochena, quae olim[32] prima erat, Romanae cessit[33] sedi[34], nulla est, quae eius non sit[35] subiecta dicioni[36], ad quam omnes quasi ad caput iuxta apostolorum eorumque successorum sanctiones[37] episcopi[38], qui voluerint, vel quibus necesse fuerit, suffugere[39] [40] eamque appellare debent[41], ut inde accipient tuitionem[42] et liberationem, unde acceperunt informationem[43] atque consecrationem. Quod[44] [45] omnibus minime convenit denegare episcopis, sed absque ulla[46] custodia <VD38, f. 132va> aut excommunicatione[47] vel damnatione vel[48] expoliatione libere ire concedatur. Simulque idem inspirante domino constituerunt, ut nulla fieret synodus praeter eiusdem sedis auc<I83, f. 139ra>toritatem[49], nec[50] nullus[51] episcopus[52], nisi in legitima synodo suo tempore apostolica auctoritate convocata[53] super quibuslibet criminibus pulsatus[54] audiatur vel iudicetur, quia, ut paulo superius praelibatum[55] [56] est, <O93, f. 29vb> episcoporum iudicia et summarum causarum negotia sive cuncta dubia apostolicae sedis auctoritate sunt agenda et finienda, et omnia[57] comprovincialia[58] negotia per huius[59] sanctae universalis et[60] apostolicae ecclesiae sunt auctoritatem[61] retractanda, si huius ecclesiae pontifex praeceperit. Nec[62] cui[63] liceat sine praeiudicio Romanae ecclesiae, quae[64] in omnibus causis debetur reverentia[65] custodiri relictis his sacerdotibus[66], qui in eadem provincia dei ecclesias[67] nutu[68] divino gubernant, ad alias convolare <V630, f. 66va> provincias vel aliarum[69] provincialium episcoporum iudicium expeti[70] vel pati[71], sed omnibus eiusdem provinciae episcopis congregatis iudicium[72] auctoritate huius sedis terminetur, quod tamen, ut[73] praefatum est, per eius vicarios, si libuerit[74], <VD38, f. 132vb> episcopus retractandum et, quicquid iniuste actum est[75], reformandum[76] [77].

Pastoralis ergo cura officii nos admonet et[78] destitutis[79] succurrere et cuncta neglecta vel male acta reformare, ut ignis ille, quem dominus veniens misit in terram[80], motu[81] <N442, f. 64rb> crebrae[82] [83] meditationis[84] agitatus sic calescat, ut <I83, f. 139rb> ferveat, et sic inflammetur, ut luceat. Saepe[85] enim dicendum et agendum est, quia male pullulantia[86] fraterna caritate oportet resecari[87], ut[88] bona crescendi et augmentandi[89] amplissimum[90] locum inveniant.

Nolite ergo, ut ait[91] apostolus, plures fieri magistri, fratres mei, scientes, quoniam magis[92] iudicium sumitis[93]. In multis enim offendimus[94] omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir, potest etiam freno[95] circumducere[96] totum corpus. Si autem equorum[97] frenos in ora mittimus ad consentiendum nobis, et omne corpus illorum circumferimus. Ecce et naves, cum magnae sint[98] et a ventis validis[99] minentur[100], circumferuntur[101] autem a modico[102] gubernaculo[103], <VD38, f. 133ra> ubi impetus dirigentis voluerit[104], ita et lingua modicum quidem membrum est et magna exaltat[105] [106]. Ecce quantus[107] ignis, quam magnam silvam incendit. Et lingua ignis est, universitas iniquitatis. Lingua[108] constituitur in membris nostris, quae maculat[109] totum corpus et inflammat rotam[110] [111] nativitatis nostrae inflammata a gehenna. Omnes enim[112] naturae bestiarum et volucrum <I83, f. 139va> et serpentium, etiam ceterorum domantur et domatae[113] sunt a natura humana. Lingua autem[114] nullus hominum domare potest, inquietum malum, plena veneno[115] mortifero. In ipsa benedicimus deum et patrem et in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem dei facti sunt. Ex[116] [117] ipso ore procedit benedictio et maledictio. Non oportet, fratres mei, haec[118] ita fieri. Numquid fons de eodem foramine emanat[119] dulcem et amaram aquam? Numquid[120] potest, fratres mei, ficus olivas[121] facere aut vitis ficus? Sic[122] neque salsa[123] dulcem potest facere aquam. Quis sapiens et disciplinatus inter vos ostendat[124] ex bona conversatione[125] operam[126]

suam in mansuetudine<sup>[127]</sup> sapientiae. Quod si zelum<sup>[128]</sup> amarum habetis et contentiones<sup>[129]</sup> in cordibus vestris<sup>[130]</sup>, nolite gloriari et mendaces esse adversus veritatem. Non est enim ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis<sup>[131]</sup> <sup>[132]</sup> et diabolica. Ubi enim<sup>[133]</sup> zelus<sup>[134]</sup> et contentio, ibi inconstantia<sup>[135]</sup> <V630, f. 66vb> et omne opus pravum. Quae autem<sup>[136]</sup> desursum est sapientia, primum quidem pudica<sup>[137]</sup> <sup>[138]</sup>, deinde <N442, f. 64va> pacifica, modesta<sup>[139]</sup>, suadibilis<sup>[140]</sup>, bonis consentiens<sup>[141]</sup>, plena misericordia et fructibus bonis, iudicans<sup>[142]</sup> sine simulatione. Fructus <I83, f. 139vb> autem iustitiae in pace seminatur facientibus pacem. Propter quod succincti lumbos mentis vestrae, sobrii, perfecti sperate in eam<sup>[143]</sup>, quae offertur vobis gratiam<sup>[144]</sup>, in<sup>[145]</sup> revelatione Iesu Christi, quasi filii oboedientiae non configurati<sup>[146]</sup> prioribus ignorantiae vestrae desideriis, sed secundum eum, qui vocavit vos sanctum, ut et ipsi sancti in<sup>[147]</sup> omni conversatione sitis, quoniam scriptum est: Sancti eritis, quoniam ego sanctus<sup>[148]</sup> sum. Et si patrem invocatis eum, qui sine acceptione personarum<sup>[149]</sup> iudicat, <VD38, f. 133va> secundum uniuscuiusque opus in timore incolatus<sup>[150]</sup> vestri tempore conversamini<sup>[151]</sup> scientes, quod non corruptibili auro vel argento redempti estis de vana vestra conversatione paterna traditionis, sed precioso sanguine quasi agni incontaminati et immaculati<sup>[152]</sup> Christi, praecogniti<sup>[153]</sup> quidem ante constitutionem mundi, manifesti<sup>[154]</sup> autem novissimis temporibus propter vos, qui per ipsum fideles estis in deo, qui suscitavit eum a mortuis et dedit ei gloriam, ut fides vestra et spes esset in deo. Animas vestras castificantes<sup>[155]</sup> <sup>[156]</sup> in oboedientia<sup>[157]</sup> caritatis, in fraternitatis amore, simplici<sup>[158]</sup> ex corde invicem diligite<sup>[159]</sup> attentius<sup>[160]</sup>, renati non ex semine<sup>[161]</sup> corruptibili, sed incorruptibili per verbum dei <I83, f. 140ra> vivi et permanentis, quia omnis<sup>[162]</sup> caro ut fenum et omnis gloria<sup>[163]</sup> eius tamquam flos feni. Exaruit fenum et flos eius decidit, verbum autem domini <O93, f. 30ra> manet in aeternum, hoc est autem verbum quod evangelizatum<sup>[164]</sup> <sup>[165]</sup> in<sup>[166]</sup> vobis. Deponentes igitur omnem maliciam et omnem dolum<sup>[167]</sup> et simulationes et invidias et omnes detractiones, sicut modo<sup>[168]</sup> geniti<sup>[169]</sup> infantes rationabiles<sup>[170]</sup> sine<sup>[171]</sup> do<VD38, f. 133vb>lo lac<sup>[172]</sup> concupiscite<sup>[173]</sup> <sup>[174]</sup>, ut in eo<sup>[175]</sup> crescat in salutem, si gustastis, quoniam dulcis est dominus. Ad quem accedentes lapidem vivum ab hominibus quidem reprobatum, a deo autem<sup>[176]</sup> electum et honorificatum, et ipsi tamquam<sup>[177]</sup> lapides vivi superaedificamini, domos<sup>[178]</sup> spiritales<sup>[179]</sup>, sacerdotium sanctum, offerre spiritales hostias acceptabiles deo per Iesum<sup>[180]</sup> Christum, propter quod continet scriptura: Ecce ponam<sup>[181]</sup> in<sup>[182]</sup> Sion lapidem summum, angularem<sup>[183]</sup> <sup>[184]</sup> electum, pretiosum, et qui crediderit in eum non <N442, f. 64vb> confundetur; vobis<sup>[185]</sup> igitur honor credentibus, non credentibus autem lapis, quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli et lapis offensionis et petra scandali his, qui offendunt<sup>[186]</sup> verbo nec credunt, in quo et positi sunt. Vos autem genus electum, <V630, f. 67ra> regale sacerdotium, <I83, f. 140rb> gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum. Estote ergo, carissimi, prudentes et vigilate in orationibus. Ante omnia autem mutuam<sup>[187]</sup> in vobis metipsis caritatem continuam<sup>[188]</sup> habentes, quia caritas <VD38, f. 134ra> operit multitudinem peccatorum, hospitales<sup>[189]</sup> invicem sine murmuratione<sup>[190]</sup> unusquisque, sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes sicut boni dispensatores multiformis<sup>[191]</sup> gratiae<sup>[192]</sup> dei. Si quis loquitur, quasi sermones dei, si quis ministrat, tamquam ex virtute, quam administrat deus<sup>[193]</sup>, ut in omnibus honorificetur deus per Iesum Christum, cui est gloria et imperium in saecula saeculorum.. Amen.

Data Kal. April. Maxentio et Maximo<sup>[194]</sup> vv. cc. cons.

O93, f. 30rb; N442, f. 64vb; V630, f. 67ra; I83, f. 140rb; VD38, f. 134rb

<sup>[1]</sup> am Rande vel per antiochiam V630

<sup>[2]</sup> Antiocenam] antiocenam provintiam VD38

<sup>[3]</sup> am Rande Diligentia VD38

<sup>[4]</sup> que VD38

<sup>[5]</sup> ad O93, I83

<sup>[6]</sup> hoc ad korr. aus hoc V630

<sup>[7]</sup> am Rande sublimitate VD38

<sup>[8]</sup> interlinear exaltavit VD38

<sup>[9]</sup> quadam] qua deus I83

<sup>[10]</sup> ei VD38

<sup>[11]</sup> am Rande altitudine VD38

<sup>[12]</sup> constituit I83

<sup>[13]</sup> sequanda VD38

<sup>[14]</sup> male fehlt I83

<sup>[15]</sup> am Rande surgunt nascantur VD38

<sup>[16]</sup> male I83

<sup>[17]</sup> atque bona sectentur et patrum nostrorum exempla et statuta imitentur fehlt VD38

<sup>[18]</sup> nostrum I83

<sup>[19]</sup> am Rande De romana sede appellanda N442; am Rande De antiocena ecclesia I83

<sup>[20]</sup> a fehlt VD38

- [21] instructi *korr. aus* instructis *VD38*  
[22] eos *V630; I83*  
[23] posita *N442*  
[24] translata *korr. aus* translato *V630*  
[25] cuius *O93; cui* cui nos *I83*  
[26] *am Rande* auxilinate *VD38*  
[27] gratia *korr. aus* gra *N442*  
[28] praesedemus *O93; praesidentes V630; praesidemus korr. aus* praedemus *VD38*  
[29] dispensatione *V630; disposione VD38*  
[30] oporteat *I83*  
[31] gratia *korr. aus* gra *N442*  
[32] *am Rande* aliquando *VD38*  
[33] *am Rande* locum dedit *VD38*  
[34] sedi *korr. aus* sede *V630*  
[35] sit subiecta] subiecta sit *V630*  
[36] *am Rande* potestati *VD38*  
[37] *am Rande* institutiones *VD38*  
[38] *am Rande* De romana sede appellanda *O93*  
[39] *am Rande* adiuvari *VD38*  
[40] suffragari *VD38*  
[41] debent *fehlt I83*  
[42] tuitionem et liberationem *korr. aus* tuitionem *I83*  
[43] *am Rande* Doctrinam *VD38*  
[44] *am Rande* Quod episcopis quibus necesse fuerit appellare sedem romanam minime convenit denegare *V630*  
[45] Quod] Quod in *I83*  
[46] ulla *korr. aus* ullo *V630; ulla fehlt I83*  
[47] excommunicatione *korr. aus* excommunicationem *I83*  
[48] aut *V630; N442; VD38*  
[49] auctoritate *O93; N442; I83*  
[50] nec nullus episcopus, nisi in legitima synodo suo tempore apostolica auctoritate *fehlt I83; VD38*  
[51] ullus *V630; N442*  
[52] episcopus, nisi in legitima synodo suo tempore apostolica auctoritate *VD38*  
[53] convocatis *I83; convocatus VD38*  
[54] pulsatos *VD38*  
[55] *am Rande* breviter dictum *VD38*  
[56] prelatum *I83*  
[57] *am Rande* De retractandis negotiis si romanę ecclesię pontifex preeceperit *V630*  
[58] comprovincialia] cum provinciali *I83; conprovincialium VD38*  
[59] vim *V630*  
[60] et *fehlt I83; VD38*  
[61] auctoritatem *fehlt V630; N442; I83; VD38*  
[62] Ne cui *korr. aus* Nec cui *V630*  
[63] alicui *N442; I83*  
[64] cui *N442; I83; VD38; cui korr. aus* cui quae *V630*  
[65] *am Rande* honor *VD38*  
[66] omnibus *I83*  
[67] ecclesia *VD38*  
[68] *am Rande* iussione *VD38*  
[69] aliorum *V630; aliarum prius N442*  
[70] *am Rande* exquiri  
[71] *am Rande* sustinere *VD38*  
[72] iudiciu *O93*  
[73] *am Rande* et praedictum est *VD38*  
[74] *am Rande* placuerit *VD38*  
[75] est *fehlt VD38*  
[76] *am Rande* restaurandum *VD38*  
[77] reformandum *korr. aus* remandum *VD38*  
[78] et *fehlt VD38*  
[79] *am Rande* derelictis *VD38*  
[80] terra *VD38*

- [81] *am Rande* motione *VD38*  
 [82] *am Rande* spisse assidue *VD38*  
 [83] crebro *korr. aus crebra* *V630*  
 [84] emendationis *V630*  
 [85] Sape *I83*  
 [86] *am Rande* Nascentia crescentia *VD38*  
 [87] *am Rande* abscidi *VD38*  
 [88] et *I83*  
 [89] *am Rande* amplificandi *VD38*  
 [90] *am Rande* ditissimum *VD38*  
 [91] ait apostolus] apostolus ait *V630*  
 [92] malus *VD38*  
 [93] summetis *VD38*  
 [94] *am Rande* peccamus *VD38*  
 [95] *am Rande* moderamine *VD38*  
 [96] *am Rande* regere temperare *VD38*  
 [97] aequorum *O93*  
 [98] sunt *V630*  
 [99] *am Rande* fortibus *VD38*  
 [100] minantur *korr. aus* minatur *I83*  
 [101] *am Rande* reguntur circumducuntur *VD38*  
 [102] modico *korr. aus* moco *V630*  
 [103] gubernaculo *korr. aus* gubernacula *V630*  
 [104] voluerit *korr. aus* voluerint *O93*  
 [105] *am Rande* erigit sublevat *VD38*  
 [106] exultat *I83*  
 [107] *am Rande* Qua parvus *VD38*  
 [108] Lingua *O93*  
 [109] *am Rande* Corrumptit *VD38*  
 [110] *am Rande* tempus quod volvitur sicut rota *VD38*  
 [111] rota *VD38*  
 [112] enim *fehlt* *VD38*  
 [113] domata *V630*; domitae *VD38*  
 [114] autem *korr. aus* aut *N442*  
 [115] veneno *korr. aus* veno *VD38*  
 [116] Ex ipso ore procedit benedictio et maledictio. Non oportet, fratres mei, haec ita fieri *fehlt I83*  
 [117] *am Rande* ex uno *VD38*  
 [118] haec *fehlt* *VD38*  
 [119] *am Rande* Producit *VD38*  
 [120] Numquid potest, fratres mei, ficus olivas facere aut vitis ficus? *fehlt I83*  
 [121] uvas *VD38*  
 [122] Sic neque] sciri et *VD38*  
 [123] falsa *VD38*  
 [124] osten *VD38*  
 [125] conversationem *I83*  
 [126] operam suam] opera sua *V630*  
 [127] mansuetudine *korr. aus* mansuedine *N442*  
 [128] *am Rande* Invidiam dolorem ardorem *VD38*  
 [129] contentiones] contentiones sunt *VD38*  
 [130] vestris] vestris sunt *V630*  
 [131] *am Rande* Carnalis *VD38*  
 [132] animalis *korr. aus* animalis *V630*  
 [133] enim] enim est *N442*  
 [134] *am Rande* Invidia *VD38*  
 [135] *am Rande* mentis constantia *VD38*  
 [136] enim *VD38*  
 [137] *am Rande* munda *VD38*  
 [138] pudica] pudica est *V630*  
 [139] *am Rande* Temperata *VD38*  
 [140] *am Rande* Exortatoria et flectens ad bonum hominis animam *VD38*

- [141] consciens *O93*  
[142] iudicans sine *korr. aus* iudicans *N442*  
[143] ea *V630*  
[144] gratia *I83*  
[145] *am Rande* In manifestatione hoc est in die iudicii *VD38*  
[146] *am Rande* Conformati *VD38*  
[147] in omni] nomine *I83*  
[148] sanctum *VD38*  
[149] personam, *am Rande* vel personarum *V630*  
[150] *am Rande* Peregrinationis *VD38*  
[151] *am Rande* vivite *VD38*  
[152] *am Rande* Incorrupti qui est sine macula peccati *VD38*  
[153] *am Rande* praesciti *VD38*  
[154] manifestati *korr. aus* manifesta *V630*; manifestati *I83*; *VD38*  
[155] *am Rande* Castis et mundo facientes *VD38*  
[156] testificantes *V630*  
[157] oboedientiam *I83*  
[158] simplices *I83*  
[159] diligentes *I83*  
[160] *am Rande* sollicitius diligentius *VD38*  
[161] semine *korr. aus* seminine *VD38*  
[162] omnis *fehlt I83*; *VD38*  
[163] gloriae *O93*  
[164] *am Rande* Adnuntiatum *VD38*  
[165] evangelizatum] evangelizatum est *V630*  
[166] in *korr. aus* a *V630*; in *fehlt I83*; est *VD38*  
[167] dolum *korr. aus* dolom *VD38*  
[168] modo *korr. aus* mo *VD38*  
[169] geniti *korr. aus* geni *VD38*  
[170] rationabile *O93*; *N442*; rationabiles] rationabiles et *I83*  
[171] *am Rande* sine fraude *VD38*  
[172] *am Rande* Dulcedinem verbi dei *VD38*  
[173] *am Rande* Desiderate *VD38*  
[174] conpuscite *VD38*  
[175] eos *VD38*  
[176] autem *korr. aus* autem quidem *V630*  
[177] taquam *N442*  
[178] domus *I83*; *VD38*  
[179] spiritalis *I83*; spiritalem *VD38*  
[180] Iesu *I83*  
[181] pono *V630*; *N442*  
[182] in *fehlt I83*  
[183] *am Rande* Angularis lapis christus dicitur quia duos parietes ex diverso venientes in semetipso coniuncxit  
hoc est duos populos iudaicum et gentilem in una fide sociavit *VD38*  
[184] angulare *VD38*  
[185] vos *I83*  
[186] *am Rande* blasphemant *VD38*  
[187] *am Rande* Alternam hoc est invicem vos diligatis *VD38*  
[188] *am Rande* assidua perseverantem *VD38*  
[189] *am Rande* hospitium tribuentes *VD38*  
[190] murmurationem *VD38*  
[191] *am Rande* varie diverse *VD38*  
[192] gratia *O93*; *I83*  
[193] deus *fehlt I83*  
[194] maximiano *I83*; *VD38*